Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2033
Quelle:
Copyright:

Sarificio Missae inscribitur hoc Opusculum in edit. *Opp. Lugd.* 1651. f. T. XXI. cujus hic tantummodo habetur Compendium, quod, si modo novit, tacere non debuisset Librarius.

Fol. 22. p. 2. *Incipit primus tractatus secunde partis misse.* Noli credere. In Edit. *cit.* Librum *de Sacrificio Missae* excipit Liber *de Eucharistia*, atque ex hoc Libro sumta sunt, quae hic sequuntur, Excerpta, quae Compilatori placuit inscribere *Differentias.* Ineunt porro a *Distinct.* I. c. 2. *n.* 2. de Bonitate Dei.

Fol. 62. succedit Pentas *Sermonum.* I. in illud Lucae 5. *Hic peccatores recipit.* Collatio Peccatoris in gratiam recepti cum Homine in Ordinem religiosum cooptato. II. in illud Luc. 7. *Deus visitavit plebem suam.* Christus in mundum missus comparatus cum Legato Pontificio. III. in illud Rom. 12. *Multi unum corpus sumus* &c. Varia Hominum genera cum variis Corporis membris contenduntur. IV. in illud Luc. 19. *Hodie salus huic domui facta est.* De Dedicatione Templi, incipiens: *Quamdiu homo in hac vita est, peccator est*, &c. V. in illud Exod. 28. *Septem diebus expiabitur altare* &c. De Consecratione Altaris, incipiens: *Quia deus est sanctus, ideo vult habere omnia sancta* &c.

DCCCXXVII.

R. 2070 Codex chartaceus germ. Sec. XV. Folior. 197. f. max. per duas columnas magnifice exaratus, minioque distinctus complectitur *Libros IV. priores Rationalis Divinorum Officiorum Guil. Duranti* germanice redditi a. 1384. et inscripti *Alberto III. Austriae* Duci dicto *cum Trica.* Versionis hujus Αυτογραφον dedimus *Vol.* I. P. 3. *col.* 2875. cui cum praesens Απογραφον exacte respondeat, miniatam solum Clausulam ejus hic adscribam: *Hie habent ein ende die ersten vir pücher des Racionals. die getzewgt vnd tzu wegen pracht hat der Erber beschayden man, Chunrat der Ramperstorffer. die tzeit des Rates der Stat ze Wienn vnd amptman des Chlosters ze Newnburg Seiner sel ze hayl. vnd zu trost vnd zu pezzerung allen den die sew hörn oder lesen Wann ez ist ein seligew vnd hailsame chürczweil lesen die heylig geschrifft. Wann wer da pet der redt mit got. Aber wer die heilig schrifft list mit dem redt got. Vnd darumb han Ich Johannes Albrand. von Suntra* (Sontra infer. Hassiae) *dazselbig puch volbracht. Da man czalt nach Christes gepurt Virczehenhundert Jar vnd in dem andern Jar An Sand peters tag des heyligen zwelfpoten als er von dem Engel gelöst wart auz den Eysnein panden vnd auz dem karcher von dem gewalt des wütreich herodis.*

DCCCXXVIII.

Pars altera Folior. 265. *posteriores IV. Libros* continet breviore hac miniata Clausula: *Also hat daz puch ein ende daz erczewgt* R. 2071

hat